

67. Augustus cernitur aperto capite et collo, sinisterorsum intuens, sine ulla literarum epigraphâ.

In altera.

Fornix altus, laevisq; Augusto factus, cuius in fastigio quadriga adhaeret, testis Victoria, contra nos rotata. In frontispicio. IMP. CAESAR. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

68. Augustus uidetur, laeuo obtutu, radiatus, cum adscriptione. DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Victoria dextro itinere ingreditur, aëxtra manu clypeum rotundum preferens. Inscriptio numismatis hæc erat. i. o. n. a. n. v. . . . Apud Franciscum Venierum nummus hic argenteus habetur Venetijs, mediocris.

In una parte.

69. Caput muliebre, ceu regina, diademate gemmato, monili baccato, ornata, laeva facie, obtecto pectore. Inscriptio. TRIVLIAHVS MVIR. F. inferius. ERQ.

In altera.

Triumphalis elegantiss. currus à pari elephantorum dextrosam rotatur, quo Imp. palmata in dextus toga, laurea coronatus, sceptrum